

**Theologia Scholastica Secundum Viam Et Doctrinam D.  
Thomæ Aquinatis, Doctoris Angelici**

In Celebri Archiepiscopali Benedictina Universitate Salisburgensi, methodo  
& norma ibidem usitata publicè tradita, & in IV. Tomos digesta ; Qvorvm  
Primvs Tractat De Deo Vno Et Trino, Deq[ue] Creatura Angelica ...

**Mezger, Paul**

**Augustæ Vindelicorum, 1695**

Articulus II. Quomodo voluntas moveat?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74152](#)

tem Beati per seipsum determinare ad sui amo-  
rem absque cognitione prævia.

Nam Rcp. negando conseq. quia divina es-  
sencia potest esse & est per seipsum intelligibilis

in actu sine specie superaddita: non autem po-  
test sine representatione intellectuali induere ra-  
tionem objecti finaliter moventis & specifican-  
tis, secundum dicta.

## ARTICULUS II.

## Quomodo voluntas moveat?

## SUMMARIUM.

1. *Voluntas executivæ moveat potentias subjectas.*
2. *Triplex differentia potentiarum in subjectione ad voluntatem.*
3. *Potentia vegetativa non sunt in arbitrio voluntatis.*
4. *Sensus quoque externi non nisi applicativæ & indirectè subiungit arbitrio voluntatis.*
5. *Intellectus in plerisque actibus subjicitur voluntati.*
6. *Appetitus sensitivus subjicitur voluntati politice non despoticè.*
7. *Potentia loco-motiva subjicitur appetitu de-  
spoticè.*
8. *Voluntas executivæ moveat seipsum.*
9. *Perfectius est moveare directè, quam effectivè.*
10. *Voluntas non habet influxum in alias potentias  
a suis actibus distinctum.*

## §. I.

## Voluntatis influxus in alias potentias.

**CONCLUSIO** prima. *Voluntas moveat alias potentias sibi subditas quoad exercitium in-  
generi causa efficientiæ. S. D. l. cit. q. 9. a. 1. Ratio  
ipius est: Potentia habens pro objecto finem &  
bonum universale, moveat executivæ potentias  
habentes pro objecto media, vel bona particula-  
ræ: velut id in exercitu moveat imperio mino-  
ri praefectos & milites: sed voluntas habet pro  
objecto finem, & bonum universale; alia vero  
potentia subditæ pro objecto habent bona particula-  
ræ ordinabiliæ ad illum finem: ergo volun-  
tas executivæ moveat alias potentias sibi subditas.*

Confirmatur. Illa potentia moveat alias quoad  
exercitum, quæ primò moveretur à fine: sed volun-  
tas primò moveretur à fine: ergo. Maj. proba-  
tur. Cùm omne agens agat propter finem, prin-  
cipium hujus motionis est ex fine: sed non est ex  
fine nisi per motionem illius potentia, quæ primò  
moveatur à fine: ergo quodquilibet poten-  
tia aliquo modo agat propter finem, habet ex  
motione voluntatis.

1. *Dixi: voluntatem efficienter moveare potentias sibi subditas: sunt enim potentiae in triplici  
differentia: aliquæ non subduntur in suis actibus voluntatis impulsu: aliquæ sublunt ipsum  
imperio politico, aliquæ despoticæ. Ubi illæ di-  
cuntur despoticæ subjici, quæ absque ulla resi-  
stendi facultate ad nutrum obediunt, uti servus  
obedit domino: politicæ subjiciuntur quæ licet  
pareant imperanti, tamen aliquando volunt re-  
sistere, & subinde rebellionem moveant imperanti.*

Itaque primò potentiae pertinentes ad vitam  
vegetativam quoad suos proprios actus non sunt  
in arbitrio voluntatis; quamvis enim applicatio  
materia sit in potestate voluntatis, hæc tamen se-

mel applicatæ potentia nutritivæ, augmentativa,  
generativa suos actus independenter a voluntate  
& necessariò exercent; ideoque nec laudis nec  
vituperii sunt capaces. Cùm enim ad suos actus,  
in quibus non apprehensionem & appetitum ra-  
tionalem, sed formam & appetitum naturalem  
sequuntur, sint naturaliter determinatae, aliæ po-  
tentia determinante non indigent.

Neque Dicas: Etiam circa actus vitæ vegeta-  
tive dantur virtus & virtutes, unde & actus absti-  
nentiae ac castitatis sunt laude digni: ergo etiam  
isti actus sunt sub regimine voluntatis. Nam  
Rcp. Virtutes & virtus circa actus vitæ vegeta-  
tive nonnisi remoti versari; proximè vero circa  
actus animæ & vite sensitivæ, qui ad actus  
vite vegetativæ ulteriù ordinantur, & servant  
mediocritatem in delectationibus cibi, potus &c.

Secundo. *Sensus externi, eti quoad applica-  
tionem ad sua objecta mediæ & indirectè pa-  
reant voluntati, secundum quam applicationem  
etiam sunt moraliter boni vel mali [ ut si oculum  
ab aspectu curioso cohicebas ] tamen immediatæ  
& directæ secundum ipsorum actuum elicientiam  
non pendent à nutri voluntatis, cùm sint natura-  
liter determinatae ad suos actus: unde etiam re-  
pugnante voluntate extorqueri possunt.*

Tertiò. *Intellectus excepta primâ his repræ-  
sentatione, & subitis apprehensionibus objecto-  
rum, quæ non sunt in nostrâ potestate, subjicitur  
imperio voluntatis: neque in ceteris actibus  
est ex seipso determinatus, ideoque ut liberè  
fiant, indigent voluntatis determinatione.*

Quarto. *Appetitus sensitivus in motibus pri-  
mo primis, qui consequuntur imaginationem &  
rationem prævenient, voluntari non subjiciuntur,  
quæ de causâ dixit Apostolus Rom. 7. Non  
quod volo bonus, hoc ago, sed quod odi, malum.  
Quod reliquæ tamen actus, sicut etiam quoad  
continuationem primorum motuum, postquam  
accessit advertentia rationis subjicitur voluntati  
imperio, uti dicitur Gen. 4. Sub iheris appre-  
hensionis, & tu dominaberis illius: passiones qui-  
pe appetitus sensitivi aliarum specierum applica-  
tione & objectorum consideratione à ratione im-  
pediuntur. Nihilominus ipsa subjectio non est  
despotica sed politica: quia ut experientia do-  
cat, & testatur Apostolus, in naturâ lapsâ, &  
corruptâ per peccatum sape motus sensualitatis  
etiam contradicente & repugnante ratione in-  
surgunt, quod inde contingit, quia motus con-  
cupiscentiae sequuntur sensitivam cognitionem;  
quæ aliquando per alterationem corpoream ra-  
tionis imperio nequam subiectam excitatur;  
ideoque illi motus etiam prohibente ratione  
quandoque perdurant.*

Quintus

7. **Quintus.** Potentia loco - motiva despoticè subest appetitui tam rationali quam sensitivo: quia non tantum homo, sed etiam bruta pro suo libitu ab uno loco in alium moventur.

## §. II.

*Voluntatis motio erga seipsum.*

8. **CONCLUSIO secunda.** Voluntas etiam ex cuiusè moveat seipsum. S. D. a. 3. Ratio est: Illa potentia moveat seipsum, qua seipsum per propriam & præviā operationem determinat ad aliū actū eliciendum, sicque seipsum redigit de potentia in actū: sed voluntas per præviā intentionem finis seipsum applicat & determinat ad electionem mediorum: ergo voluntas moveat seipsum.

9. **Dices primò.** Perfectior potentia effectivè moveat potentiam minus perfectam: quia movere est perfectius, quam moveri: sed intellectus est potentia perfectior, quam voluntas: ergo non intellectus à voluntate, sed voluntas ab intellectu efficienter moveri debet.

Resp. negando maj. quia perfectius est moveare directè, quam effectivè; cùm igitur intellectus directè moveat voluntatem in genere causæ formalis extrinseca, est in genere movendi simpli-

citer perfectior, quam voluntas. Et sic ad proportionem, moveat perfectius est quam moveri, in quo genere moveretur, concedo; in alio, nego. Et huc voluntas in genere causæ efficienter movens est perfectior, quam intellectus; quia tamen in genere causæ directivæ voluntas movesur ab intellectu, ideo intellectus est absolute perfectior quam voluntas, cùm totum genus motionis directivæ sit perfectius genere motionis effectivæ.

Dices secundò. Causa efficientis agit per physicum influxum; sed voluntas non habet physicum influxum in alias potentias, ergo ipsa non moveat efficienter.

Resp. disting. min. voluntas non habet physicum influxum in alias potentias, à proprio actu distinctum, & formaliter transirent, concedo; indistinctum, & tantum virtualiter transirent, nego. Neque enim necessit est fingere non modum vel motum aliis potentias à voluntate implexum, ut facit Gonet huc dis. 5. a. 1. cùm hoc aliæ potentia à voluntate sufficienter moriri & determinari intelligentur, quod anima per actum voluntatis seipsum determinat ad efficiendas operations aliarum potentiarum, qui in eadem animæ substantiâ voluntati conaturaliter subordinatae radicantur.

## ARTICULUS III.

*An voluntas moveatur à principio extrinseco.*

## SUMMARIUM.

1. *Status questionis.*
2. *Voluntas non potest physicè moveri à principio creato.*
3. *Voluntas à DEO moveatur ad primum actū.*
4. *Hec motio est physica.*
5. *Eftq[ue] concursus non tantum generalis, sed specialis.*
6. *Ideo primus actus voluntatis semper est bonus.*
7. *Nec inde voluntati inferitur necessitas.*
8. *Objetum prime voluntis est bonum ut sic.*

## §. I.

*Excluditur motus à principio creato.*

1. **D**upliciter potest intelligi quæstio. Primò: utrum ad omnem operationem voluntatis requiratur, ut voluntas præmoveatur à DEO, tanquam principio exteriori, per physicam prædeterminationem? Secundò: utrum omnium prima operatio voluntatis [constat enim ex dictis, quod voluntas in suis operationibus ad invicem subordinatis possit seipsum moveare ab uno actu ad aliū] reducenda sit in DEUM ab extrinseco specialiter moveantem & excitantem? Intentio S. D. hic a. 6. procedit in secundo sensu. Unde, supposita doctrina prædeterminationis physicæ jam prius traditæ, pro secundæ quæstionis resolutione sit

2. **CONCLUSIO prima.** Non potest voluntas physicè moveri ab aliquo principio extrinseco creato. S. D. a. 6. in c.

Ratio ipsius est: Sicuti motus naturalis, qui est à principio intrinseco naturæ, non potest esse ab

aliquo principio extrinseco, quod non sit causa ipsius naturæ, (ideo motus gravium v. g. generanti adscribitur) sic etiam motus voluntatis, qui similiter est à principio intrinseco, non potest esse effectivè ab alio principio extrinseco, quam quod sit causa voluntatis, eandem in se virtute continens: hoc ipso enim potest dare & ratione nent entis & rationem voluntarii: aqua nulla creatura est causa humana voluntatis: ergo nullus motus voluntatis effectivè potest esse ab aliquo exteriori principio creato.

## §. II.

*Statuitur motus voluntatis à principio increato.*

**C**ONCLUSIO secunda. Voluntas ad primum actū, seu volitionem efficienter moveatur à DEO. S. D. ibid. Ratio est: Voluntas vel mouetur à seipso, vel à DEO: non à seipso, ergo à DEO. Minor probatur. Intantum aliquid moveat, in quantum est in actu; sed respectu sua prima volitionis voluntas non est constituta in actu: ergo ad primam volitionem non moveatur ipsum. Min. constat: quia voluntas est in actu ratione alicuius proprii actus: sed prima volitione nullus actus præsupponitur: ergo. Addi: quod primus motus adscribitur generanti: ergo & prima volitio adscribitur DEO.

Hinc sequitur primò: Hanc motionem est: non tantum moralē sed physicam. Primo: quia voluntas ad primum volitionem nec physicæ nec mortaliter est in actu. Secundò: quia in actu